

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Gottlob Friedrich Seligmann

**Ea, sine quibus Exercitium Concionatorium suscipi nequit, in his paginis  
breviter, at clarè comprehensa Suis Dnn. Auditoribus**

Excusa secunda vice, Rostochi[i]: Richelius, 1685

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730147649>

Druck    Freier  Zugang





~~Th~~ 3256.

*Academia  
Rostockiensis*



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn730147649/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730147649/phys_0004)

DFG

D. F. G!  
Ea,  
fine qvibus  
**EXERCITIUM**  
**CONCIONA-**  
**TORIUM**

fuscipi neqvit,  
in his paginis breviter, at clarè com-  
prehensa

Suis Dnn. Auditoribus

O.  
**G. F. S.**  
P.P. & A.J.



Rostochii,  
Excusa secundâ vice  
Anno 1685. Typis JACOBI RICHELI,  
Ampliss. Senat. Typogr.

Cauffin. Præfat. in Libr.  
de  
Eloquent. Sacr. & Hum.

**M**Oyses disertus censemba-  
tur in primis eâ, qvâ flo-  
rent homines, eloquentiâ:  
sed postqvam cum Deo ser-  
mones miscere cœpit, juxta  
divinam eloquentiam & sapi-  
entiam sibi visus est omnium  
propè infantissimus.

Q. F. S.

Ad

*honoratiss. DNN. Auditores S.*

Autor.

**E**st inter requisita boni Concionatoris, præter Pietatem, primarium quoqve *inxarōtys*; quæ ( omnem cum confundat istorum temeritatem, qvibus, recitare ex Postillis homilias, concionari est) eò qvemqve eniti jubet, ut de qvôlibet textu (*sermone sacrô ad populum Deo colligendum conservandumve*) enucleandô ita discat loqui, ne, à sensu ipso deficiens, effundere ( hæc Bernhardi vox ) non infusa deprehendatur ; Verbo : ut propriô qvisqve Marte concionem elaborare, nec absqve ordine & decoro elaborare, sciat, id illa, etiam ab Apostolo ( 2. Timoth. 2, 2. ) injuncta, postulat *inxarōtys*. Qvam enim infeliciter ad fabulas tandem pervenerint ac nugas Doctores Legis, non intelligentes, quid loquerentur, quandoqvidem ex eodem Apostolo ( 1. Tim. 1, 7. ) cognoscimus ; ideò aptum ad docendum dicere haud poterimus qvenqvam, nisi, uti in Textuum exegesi , ita proponendi quoqve ordine ac modo, saltim sic satis, versatum perspiciamus. At qve huc redit ( vid. infr. §. 2. ) qvicqvid in Homiletico studio venit exercendum, cuius cum summa necessitatem summi viderent Theologi ( exposuit B. Hülsem. præfat. Orat. Eccles.) ad proponendam quoqve certam concionum Methodum

A 2

dum

dum mentem adplicuere. Numerum ingen-  
tem init B. Carpzovius, abs qvô editum vene-  
tur sacer Etuditorum cœtus *Hodegeticum*; idqve,  
postqvam insuper à celebratiss. *Filio monitis*, va-  
riationem spectantibus, auctum est, ante alia o-  
mninò, in hōc labore perfungendo itidem occu-  
pata, meretur commendari. Neqve nunc ego  
qvidqvam meditor, qvod præ illō obtrusum Vo-  
bis velim, ô Mei, ad qvos hæ chartæ tendunt, de-  
beo ipse Carpzovianæ Manuductioni, qvæcun-  
qve haçtenus à me sperâstis speratisve imposta-  
rum. Interim ad hæc qvidem conscribenda, u-  
bi primum heic loci in Homileticis distinerer, par-  
tim defectus exemplarium Carpzovianorum, par-  
tim Dnn. Auditorum desideria me impulere, qvi-  
bus deferre in qvibusvis pro virili laborabam.  
Sensi tamen subinde & in dictando qvædam &  
in scribendo incommoda, qvæ inter, si non aliud,  
jactura certè temporis eminet ; cui consulere  
per typorum adminiculum placebat. Hinc bre-  
ves qvidem, scopo tamen nostro non impares vi-  
detis natas, habebitis dicatas Vobis maximè, istas  
paginas ; faxit Deus feliciter ! cuius ductu ad rem  
ipsam accingimur , per aliquot paragraphorum  
numerum finiendam.

§. I.

Prætermisis, qvæ circa concionum Constitu-  
tionem generatim solent congeri, de materiâ,  
saltim in antecessum, vel tribus monemus, ipsam,  
non nisi *Biblicum* (ex Can. Concil. Laod. 20.) fore  
textum, sūndemqve adæqvatum concioni (ne vel  
exce-

excedat verborum quantitas vel deficiat); & certis s. dominicis s. festis si alligatus sit, statum, si ab arbitrio Concionatoris destinetur, electum, vocari; in quō posteriori ne tempus, locus, personae &c: negligantur, præscriptæ passim hortantur cautelæ. (vid. B. Hülſ. Orat. Eccl. Prol. §. 5.)

§. 2.

Illud autem, in quo nobis potissimum desundum, duobus absolvitur, quæ probè advertenda habet concionaturus; atqve alterum quidem ad notitiam textus, ut sic dicam, natum-lem, (investigare jubens Objectum, Genus, speciem, argumenta, nec non Thēma, ex istis judicandum): alterum ad artificium circa Textum in propo-nendi & eloquendi ratione (vultqve attendi me-thodum, observari partium catenam, inquiri inven-tionem, colligi ornatum) meditationes ejus pro-vocat. Utrumqve ubi (dictō ordine) cum curā perlustraveris, nihil senties ad conficiendam ritē concionem deesse.

§. 3.

Quod igitur Objectum attinet, sunt id, (ut brevissimis edisseram) tūm articuli fidei Christianæ in genere & in specie justificantis, tūm Christiani hominis mores s. virtuosi s. vitiōsi; tūm deniqve afflictiones in viâ ad cœlum nobis obvenientes. (v.B. Hülsem. Orat.c. 2. à §. 7. usqve ad ii.) Qvi-cqid enim in Scripturis legimus, ad aliquam horum jam allatorum classem reduci potest, imò debet.

§. 4.

Testantur idem, quæ objectum excipiunt

A 3

(hau-

(hausta ex 2. Tim. 3, 16. & Rom. 15, 4. ab Orato-  
rib. Ecclesiasticis) dicendi genera. Nam ho-  
rum licet referantur quinque, haut tamen ver-  
santur circa plura, quam de Objecto recensita  
sunt. Nimirum fidei (s. historicæ s. fiducialis)  
articulos definit & inculcat Genus Didascalicu-  
m; quos Elenchiticum defendit & adver-  
sa dogmata refutat: In moribus, si boni sint, com-  
mendandis ac insinuandis; si mali sint, taxandis ac  
dissuadendis distinetur Pædevticum; cum, hos  
admissos in Auditoribus vehementius reprehendat  
Epanorthoticum: afflictionibus vero ac malis  
Paraceticum opponit solaria.

§. 5.

Atque haec quidem dicendi genera eò libentius  
amplectimur, quo certius, in Sacris præcipue, Spi-  
ritus S. ductum seqvi præstat, quam hominum  
inventis dictamina DEI adstringere. Tametsi  
et enim sint, qui in his usus & applicationes non  
ipsa genera querenda esse putent, facile iis ni-  
hilominus satisfit, si distinguamus formalem (e.  
g. doctrinæ, elenchi, Pædiæ &c.) in textu situm, à  
fluente è textu, (doctrinali, elenchica, pædevtica  
&c.) conclusio. Per illum ista quinque, quæ  
adduximus, sunt genera dicendi; per hanc eadem  
fiunt Consecaria: illuc unum seorsim alterumve  
observatur; hic omnium requiritur concursus.  
(vid. B. Carpzov. Hodeg. M. I. Aph. 7.) Profanæ  
autem genera nec hodiè sibi satis apud  
omnes constant Rethores, nec exhaustiunt, citra  
tortu-

torturām eertē , Scripturæ textus ( vid. B. Carp-zov. c. l. Aph. 3. §. 1.) : relinqvantur ergo profanis.

S. 6.

Pergimus ad species, quas modos dicimus varios, quæs genera s. exprimuntur s. determinantur. Suntq; in Didascalicis narrationes, testificationes, vaticinia &c. in Elenchiticis accusationes, defensiones, expostulationes, negationes &c. in Pædevticis laudes, svaviones, dissavaviones, abhortationes, deabortationes &c. in Epanorthoiis imprecations, comminationes, devotiones &c. in Paracleticis sympathiae, querelæ, erectiones &c. Aliqvas ( à B. Hulsi. loc. in §. 3. alleg. allatas ) omisimus, ut sup-peterent rei hujus declarationi exempla : sic enim Ezech. 33. II. ( si verba solū illa , qvæ Domino displicere impiorum mortem testantur , tractare velis & exponere ) docens DEUS ipse , qvâ sit erga homines peccaminosos mente , suamque hanc doctrinam juramento confirmans , speciem nobis qvandam generis didascalici offert , qvæ est Aſſeveratio. Pariter Johannes ( Joh. 1. 29. ) Mel-siaæ adventum extra dubium omne positurus , JESUM nostrum digitis monstrans , hic est , dixit , Agnus DEI , eoq; hujus doctrinæ suæ speciem exhibit demonstrationem : qvemadmodum alibi ( Matth. V. à v. 20. ) is , qvem commonstrarerat Johannes , Salvator videlicet Noster opt. Pharisæis erroneous legum interpretationes , exprobans , hōc ipsō factō elenchi sui ( nam & arguit eos & re-  
futat )

*futat) speciem dedit exprobrationē : excitans  
que idem (Joh. V. 39.) præsentem cœtum ad scri-  
pturæ Lectionem , aut hanc in iis commendans,  
Pædiæ hujus suæ speciem reliquit excitatio-  
nem ac commendationem. Petrus au-  
tem (Act. V. à v. 3. & Act. VIII. 20.) in avaritiam  
Ananiae & Sapphiræ , nec non oblatam à Simone  
pro donis Spiritus S. pecuniam invehens , Epa-  
northosin istam per severius vituperium ac  
maledictionem : velut Jacobus suam Para-  
clesin, calamitatibus hujus vital (cap. 1. 12.) oppo-  
sitam, per promissionem felicitatis futuræ,  
determinavit &c. Et ita porrò hoc qvicqvid  
est deduci posset ; sed uti ex dictis arbitror pa-  
tere, qvæ velim ; ita de exprobratione noto,  
eam, si doctrinam spectet, esse generis Elenchtici, si  
mores & vitia generis Epanorthotici : de vitupe-  
riis & cominationibus, si cum insigni ve-  
bementia non conjungantur, nec tangant *vitia*, in  
præsentibus Anditoribus satis conspicua , etiam ad  
genus pædeuticum referri posse : de promissio-  
nibus deniqve, si proponantur citra oppositum  
qvoddam infortunium , & involvant saltim cre-  
dendam rem, tum didascaliam agnosci genus : qvæ  
omnia , ne confusio oriatur , notanda probè  
sunt.*

S. 7.

Seqvuntur Argumenta ; per qvæ textus de-  
ducitur ; eaqve vel explicantia (circumstan-  
tiæ scilicet , vulgari versiculo comprehensæ :

Qvis?

**Qvis?** **Quid?** **Ubi?** &c. Inter quas eminent (1) **Qvis?** s. *subjectum* aut *subjecti* potius, (quibus id in textu proximè videtur vel vestitum vel verendum) *conditiones* (2) **Quid?** s. *Objectum*, cui circumstantiae ceteræ adplicandæ (3) **Quomodo?** s. *actionis forma*, quæ ex antecedentibus ac concomitantibus dijudicari solet : Nam ad hasce tres, reliquas in partitione concionum reducere oportet ) vel **probantia** ( i. e. **medii termini**, quibus sententiæ in textu adsertæ stabiluntur ; atqve de his *genus quodvis* tribuit aliqua *sibi propria*, toto Cap. III. Orat. B. Hül. deducta, ad quem ablegamus, ne hic exscribenda sint denuò, quæ ibidem declarata affatim leguntur ) vel **illuminantia** ( i. e. figuræ & rationes eloquendi Rhetorum, quas exhibet, cautelasqve non aspernandas circa testimonia, exempla, similia &c. suggerit B. Carpz. Hod. M. I. Aph. 6.) Hæc & *in illis* & *in istis* locum inveniunt; omnia verò aut manifestè leguntur in textu, aut ex eodem collatione antecedentium consequentiamqve eruuntur : distinguunturqve præterea in *insitæ* (s. ipsius Textus) & *aliunde assumenda* (s. fontium genericorum); è quibus insita prius, dein ascititia (& ex his Textui viciniora) attendenda. Qui quælibet argumentorum sedulo colligens probè distinxerit, dimidium experietur in elaboratione laborem (vid. Autores huic rei aptos in B. Carpz. Hodeg. M. I. Aph. 5. §. 5. It. de Locis comm. secundum hactenus dicta conficiendis vid. B. Hull. Orat. c. 5.)

A 5

§.8.

Ex Argumentis, præter illam, cuius modò me-  
minimus, utilitatem, etiam ea haberi potest; qvod  
**discrimen Thematum** suppeditent. Notissi-  
ma verò est divisio Thematis in *simplex & compo-*  
*situm*; Ad Illud, cum nihil quærat, nec affirmativè  
responderi potest, nec negativè; hoc, quæstionem  
in se continens, vel affirmari valet vel negari; ita  
communiter delineantur. At enim, postquam  
sæpius conquestos apud me novi nonnullos, ~~xer-~~  
~~Tnegor~~ istud non satis patere sibi (qvod etiam de  
Theme simplici non rarò videatur formanda  
quæstio, quam responsio haud difficulter sequar-  
tur), credidi hòc *axiomate* (qvod quidem eodem  
penè recidit, sed clarius desideratum sensum, ut  
puto, eloquitur) me rem expeditum: *In quo-*  
*cunque textu inveniuntur formaliter probantia*  
(i. e. ab ipso scriptore Sacro sub formalim mediorum  
terminorum adhibitæ rationes) *ille complectitur*  
*schema compositum*: *In quocunq; verò explicantia*  
*saltim* (iterum ut talia) *reperiuntur, in illo est The-*  
*ma simplex*. Ita verò in omni genere, præter di-  
dascalicum, erunt Thematia composita, cum o-  
mne aut aliquid refutandum aut svadendum  
dissvadendumve aut vehementius taxandum &c.  
habeat; solum didascalicum partim Thematia  
conjuncta, articulos fidei scil. probandos, par-  
tim simplicia habet, circa quæ natura rerum cre-  
dendarum explicatur. Nolim autem confundi  
*textus particulas* cum *textu toto*, potest siquidem  
*interdum aliquæ circumstantia &c.* qvodpiam  
argu-

**Argumentum probans admittere, à quā tamen ad totum concludere non licet textum, uti vel ex instantis fest.** D. Paulo & Petr. sacri Evangel. Matth. 16, v. 16. 17. evidenter clarescit.

S. 9.

Tot sunt, quae primā Concionatoris industriā investigari debent. Media, quibus hoc operis omne perficitur feliciter, **Analyses** sunt (1.) **Grammatica**, quae vocum Phrasiumque emphases præcipue enucleat, & hāc fini parallelismos vocum æque ac rerum scrutatur neque vel ullum quantum fieri potest prætermittit syncategorema; quandoqvidem copulativa etiam: ET, sæpius non illustrat tantum sed planè expōnit sensum, si, ut fas est, attendatur (exempl. dabit. Ps. 3. v. 6. ceterum quī hanc rem declarant distinctiones Theol. docere poterit exempl. B. Carpzov. subfin. p. 47.) (2) **Logica**, quae singularem vocum & periodorum connexionem aut disjunctionem dijudicat, inde argumentatur & concludit, atque isthac viā tamdiu progreditur, donec sub specie & objecto, tanquam constitutis propositionem naturalem, omnia textus membra accuratē conspiciat digesta (exempli loco sit dictum ex Ps. 14. 7. in subnex. B. Carpz. Hodeg. monitis resolutum). (3.) **Rhetorica**, quae omnes amplificandi fontes circa vocem, quamvis dispicit, atq; suam symbolam ad affectus quoque movendos (de quibus peculiarem habet Aphor. M. i. videl. nonum B. Carpz.) per tropos & figurās, imprimis per exaggerationes, exclā-

exclamationes (lege à B. Carpz. alleg. loc. it. B. Huls. p. 172. & 177.) confert; obtinetq; his ad-  
miniculis, sed præter scripturæ impulsum non  
adhibitis, ut nihil Oratore sacro admirabilius dici,  
nihil divinus queat, qvi non modo affectuum quasi  
ventorum habetas dare nōrit, & restringere: Verūm  
ipsis penè tonitruis & fulguribus amplio quidē illo &  
terribili satellitio circumvallatus stipatusq; esse vi-  
deatur, sunt Caussini (de Eloq. sacr. & Hum. L.  
8. c. i.) verba; ex qvō ipso & ampliora de affecti-  
bus haurire licebit non infeliciter.

§. 10.

His modis & mediis in naturalem penetra-  
mus textus notitiam (vid. §. 2.) Theoreticè di-  
ctorum praxin demonstrabit exemplum aliquod  
in Sciographiā sub finem. Nunc Regulæ saltim  
generalis loco, hoc monitum subjicio curæ concio-  
natoris primæ: **Haud ante cogitandum es-**  
**se de ullo labore aliō**, qvi artificium fa-  
piat, qvām Genus fuerit speciesve ex  
objeto, hujusq; tractandi modo, The-  
ma ex argumentis distinctè cognitum.  
Sicq;e constituo *normam* ferme *primariam*.  
**Objectum**, qvod hocce primūm ferè ac facil-  
limè se obferat, & num è credendorum sit, num  
faciendorum omittendorumve, num deniq;e è  
moliendorum censu (modò ritè evolvatur, ne-  
ve confundatur secundarium cum principali &c.)  
sponte velut suā ipsum de se manifestat: adjicio  
tamen tractandi modum; qvod *Elenchus* à  
*Dida-*

*Didascalia, Epanorthosis* (de hâc tamen vide etiam specialioreni ratione objeci differentiam §. 4. & 6.) à *Pædiâ* aut saltim aut multùm per eundem distinguantur ; taceo , objecta etiam moralia s. Virtutes &c. nonnunquam tractari posse Didascalice, si explicitur per attributa, qvanquam hoc rarius fiat, (vid. B. Hulsi. c. i. §. 13. p. 17. suppetit tamen exemplum in Epist. Domin. Qvinquages. ex i. Cor. 13.). De argumentis jam supra dictum (§. 8.) ampliora aperiet exercitium.

§. II.

Transimus à naturâ ad artem , à sensu & mente Spiritus S. indagatâ, ad dispositionem nostrarum meditationum , ut, qvî & ea commode sit instituenda, discamus. Ubi sciendum confestim, licere per artem nobis ad naturam qvandoq; accedere proprius, qvando res eò ordine exhibetur, qvem in Textu naturalem invenit Logica Analysis, idq; citra schema quodpiam aut allegoricum velamentum : nam artificium specia- lius ita dictum, aut ordinem, non tamen vio- lenter, mutat, aut schemate (quod velando tam- men revelet rem nitidius, nec careat in scripturis fundamine) utitur. Illa etiam dispositio à natura- li textus constitutione, abs qvâ non recedit, natu- ralis vocatur ; hæc verò, qvæ sibi aliquantum suæve inventioni indulget, artificialis audit in specie, cuius utriusq; rationem monita excellentiss. Carpz. F. adcuratissimè exponunt.

§. 10.

Interim præcipue hoc attendendum venit:  
**Utramq; etiam** (& naturalem & artificialem)  
**In utraq; methodo** (& Analyticâ & Syntheti-  
câ) obtainere. Nam qvando Analyfis nihil propo-  
nit aliud, nisi qvod fôrmaliter in textu est,  
gratiam sâpè qværer in artificio: & qvando  
**Synthesis id enucleat, qvod conseqventer**  
**est in textu,** qvàm eleganter ex hòc fluat the-  
ma propositum, per observatum textus natura-  
lem ordinem, non rarò demonstrare adnititur.  
Estqve hoc ipsum eò curatiùs advertendum, qvò  
frequentior illorum error, qvi omne artificium  
habent pro Synthesi. Nimurum non à disposi-  
tione, sed propositione, qvæ aut eadem cum textuali,  
aut textualis πόρσμα est, discrimen methodi  
rectè petitur: qvod, si negligatur, deductionis de-  
bitæ (nam inde oriuntur dispositiones fluctu-  
antes, excursiones intempestivæ & transitus in-  
conciinni, vid. Caussin. de Eloq. Sacr. & Hum.  
l. 10. c. 6.) dispendiò hanc præcipitantiam vindic-  
cat; docetqve & hîc valere illud (ap. eund. Caus-  
sin. l. c.) Plinii: arbitror ordinem (addo, ritè,  
ut ostendi, distinctum & observatum) rem  
unam esse, è qvà toti orationi plurimum afflari so-  
leat lucis, gratiæ, jucunditatis. Inde etiam tot cir-  
ca Methodum solicitudines; qvas tamen sponte  
prætermitto, cum Analyticæ & Syntheticæ uni-  
versalitatem jam satis asseruerint alii. (vid. B.  
Carpz. Hod. M. I. Aph. 6. §. 5. ubi quoqve variis  
for-

formis utramque Methodum involvi juxta Forst.  
Gerh. Hull. &c. asserit, & quæ ceterum, circa alias  
Methodi divisiones inculcari possunt, subnectit, ut  
solet, brevibus, at nervosè: ex eō ergo videantur re-  
liqva.)

S. 13.

Adplicatur Methodus unâ cum dispositione  
certis partibus, quæs sacra oratio absolvitur:  
suntque **i.** **Exordium**, cuius scopus attentio  
& benevolentia; quam excitare sibive concili-  
are in Auditoribus meritò laborat Ecclesiasticus  
Orator. Nam utut in se efficax verbum, non e-  
gens adminiculis humanis, ob σκληροκαρδίαν  
tamen, ne efficaciam huic à parte ipsorum audi-  
entium ponatur obex, dandum aliquid est insi-  
nuantibus, è quibus ulterius attendendi deside-  
rium exurgat (vide aliqua huc facientia ap. Danh.  
Hodof. p. 4.). Quam ad rem non parum con-  
fert præ ceteris convenientia cum scopo & textu,  
ne alia videatur jamjam exhibita in exordio, alia  
in tractatione seqvatur concio (virtutes ceteras  
discere item ex B. Carpz. M. II. Aph. I.). Atque ea  
quærenda quidem tūm in Generali, quod vocant,  
si id extraordinarium, tūm in speciali, quod tamen  
propius illō ad propositum reclinat. De Gene-  
rali dico: si id extraordinarium sit; eoque noto esse  
aliquod consuetum s. fixum; idque indicat conve-  
niisse nos ad audiendum DEI verbum, confitetur  
imbecillitatem nostram in spiritualibus, ideoque  
ut imploremus DEI Spiritus S. aduentiam ju-  
bet; hæc summa ejus; quæ & à non paucis in  
ordinariis, præcipue hebdomadalib⁹, concio-  
nibus

nibus, iisdem repeti solet verbis, & ut reputatur  
moneti: cui consilio subscriberem ego quoque,  
nisi itidem rediret in mentem negligentia homi-  
num, quibus quotidiana vilescant. Proin quo-  
niam hoc singulare habet præ Exordio speciali  
Generale, ut inflammmandæ devotioni, ad atten-  
tionem divinitus impetrandam necessariæ, det o-  
peram, puto novis semper nervis opus esse, velut  
flammulis penetralia ipsa sufficientibus, quod ar-  
dentius ad DEum extollantur. Ceterum spe-  
cialis Exordii fontes passim varijs varijs aperiun-  
tur: commendatur præcipue descensus à Thesi ge-  
nerali ad specialiorem & hypothesin s. in factis  
s. in promissis s. in comminationibus &c. quam  
quam etiam, temporis, loci, personarum ratio nō  
incommode habeatur: ea vero in quibus textus  
deprædicatur materia (quæ riora sunt) optimè  
usurpantur, si à dicto exordiamur parallelo, ne  
forte an præripiantur alijs tractationi destinanda.  
(vid. B. Carpzov. M. II. Aph. I. §. 4. Conf. Caus-  
sin. c. I. L. 6. c. 7.) Dicti paralleli, dum memini,  
neqveo illud non addere, quod à dictis & Histori-  
is Canonicis rectius, quam Apocryphis; inconve-  
nienter à profanis s. adagiis s. sententis s. narra-  
tionibus deponuntur exordia: Is en. demū docet,  
ut Doctorem Sacrum decet, qui ipse dicitur (im-  
primis in fundamentalibus) à Spiritu S. Quod  
reliquum est, inventio evolvet. Unicò igitur  
adhuc observatò de transitu ad Propositionem;  
eum, enarratione textus haud præter-  
missâ, ita debere institui, ut promptè  
qvaf

qvaſi fluat ex exordiō ipsō: poterimus qvo-  
qve transire hinc ad Propositionem.

§. 14.

Nam est ea *altera orationis sacræ pars*, atq; il-  
lud punctum, ut sic loqvar, Archimedæum , ex  
qvō totā verti dirigiqve valet concio : & verbis  
ea (NB. de artificiali imprimis loqvor, naturalis-  
simæ constituentia refert §. 9. præced. n. 2.) si ex-  
primatur exordialibus, insignem mereri depre-  
henditur gratiam ; Si fieri id commodè neqvit,  
cogitandum saltim est: Ipsam eò futuram grati-  
orem, qvō minus remota adparebit ab Exordia-  
li Sententiâ. Inter virtutes ejus reliqvas rotunditas  
eminet brevitasq; sed perspicua: Ad qvam obti-  
nendam subjuncta confessim partitio non parum  
valet; Cùm, hòc pactò, non reqvirantur ad pro-  
positionem omnes circumstantiæ, sed hæ expo-  
ni possint in partibus subnexis. Hinc Proposi-  
tio Analyticæ Methodi non semper totum exhi-  
bet argumentum textus, sed qvandoqve Objec-  
tum saltim, qvæqve ad hoc restringendum præ-  
terea poscuntur, in partitione obſert: neq; Syn-  
theticæ Methodi totum locum Communem  
confestim, cum eum se tractaturam ait, qvoad  
omnes circumstantias delineat; in partitione re-  
feruntur, qvæ speranda.

§. 15.

Partitio qvippe, *tertia orationis sacræ pars*, di-  
tributio propositionis est in ea , qvæ proximè  
continet : utqve debitè instituatur ac formetur;  
ante omnia ex Analysis Logica dicit, num, qvod,

B

pro-

propositum fuit, sit simplex, num 'compositum  
thema : Si illud, tot partes constituit, qvot su-  
pra diximus ē circumstantiis præcellentiores; Si  
hoc, primō loco id ponit qvod probandum , al-  
tero loco demonstrandi rationes. Nisi, qvod  
non rarum, distincta adsint Objecta , qvæ vix u-  
num admittunt conceptum generalem , tūm  
namqve tot partes siant, necesse est, qvot objecta  
talia occurrunt , & argumenta, qvæ adhibentur,  
exprimenda veniunt in epitheto , idqve per mo-  
dum adjectivi objecto potest adjici. Atqve hoc  
qvidem potissimum observandum est in pluribus  
generibus aut speciebus ( nam raro , inquit B.  
Carpzov. Hod. M. I. Aph. 3. S. 4. unus textus u-  
nō dicendi genere absolvitur, præcipue in Peri-  
copis Evangelicis &c.) ubi qvot genera aut speci-  
es, tot partes. Scilicet, hōc modo textus partiri  
naturalis dispositio jubet. Artificialis vicissim  
cum (1.) ordinem mutare dicitur, possumus ejus  
beneficio, ex Objecto aliquando duas, ex reliquis  
unam partem aut vicissim ( inde verò variatio-  
nes pendent non paucæ) constituere : Cum (2.)  
Schemata amplectitur, videndum non obiter an  
termini schematici haud inferant torturam , ci-  
tra qvam iis uti integrum decorumve est qvandoqve , vel ipsa scripturā præviā ( vid. Dannh.  
Hodos. p. 3.) sed , si obscurent rem magis, qvam  
detegant, elegantur clariores termini , qvi vel ra-  
tio qvædam propositionis sint , vel propositionem  
agnoscant pro ratione ; ac proin repetatur,  
post enarrata partitionis membra, principale id

pro-

propositionis, in qvô sita est inventio; nam & I-  
dem in aliis aliquando succedit (e. g. in die annun-  
ciation. Mariæ, sumptâ ansâ ex 2. Reg. VII, 9. pro-  
ponatur: **Dies boni nuncii**; secetur Evan-  
gelium in enarrationis circumstantias, retineat-  
ur, non attento in ipsis partibus bono nuncio,  
dici saltim terminus h. fortè m.: **E.** **L.** sehe Ihn  
an 1. als einen Heil. Fest-Tag/ 2. als einen gros-  
sen Wunder-Tag/ 3. als einen heilsamen Glaus-  
bens-Tag; Subjici poterunt hæc verba: Sie  
wirds befinden/ diese Titul führt Er alle umb der  
guten Botschafft willen; qvorum verborum ta-  
men deinceps qvoqve in deductione semper inji-  
cienda mentio) Plura & evidentiora praxis sug-  
geret, cum hæc scribam Auditoribus ad praxin  
præparandis, qvibus, si aliquva adhuc residua dif-  
ficultas, facile poterit in discursu eximi.

S. 16.

Est propositionis ac partitionis qvædam **ad-**  
**pendix, votum**, qvô DEI auxilium denuò implo-  
ratur. Qvanquam en. effundantur preces sub  
initium, ubi suggestum modo adscendit concio-  
nator (usitatissimè penè ex 1. Cor. XIII. 13.); qvan-  
quam etiam oratione dominica deinceps con-  
tinuentur, cum tamen domus DEI, domus pre-  
cationis, & opus, qvod exeqvitur perorans æqvè  
ac audiens, coelicum omnino sit ac divinum, u-  
sus repetitas qvoqve tertią vice preces compro-  
bavit: utut ultimas sciam per methodum, qvam  
vocant, annuan ab Excellentiss. meō in his Præ-  
ceptore eo tempore, qvô Lipsiâ abii, omissas.

Ceterum posse etiam in votis attendi inventio-  
nem Auditoribus demonstrabp.

§. 17.

Nunc ad quartam orationis sacræ partem, e-  
amq; principalissimam, qvæ est ipsa Tractatio  
(vocant profani Rethores confirmationem.)  
proferendus calamus. Absolvitur ipsa (ad qvam  
commodissimè accessius fit per egregiam eamq; ve  
propositioni congruam γνῶμην &c.) sensus ex-  
plicatione ac adplicatione ad Locum com-  
munem hujusq; ve, velut Ursus, ad Auditorium.

§. 18.

Explicatio sensus nequaquam in verbis tan-  
tum est occupata. Tametsi enim non impro-  
bem ego, imò commendem potius qvam maxi-  
mè suppeditatum à Grammaticā Analyſi Onoma-  
tologiæ usum, cum multis ipſe ſe commendet inſi-  
nuatiōnib; modò ne negligantur, qvibus Auditorio  
reddi gratus ipſe cum reliqvis queat, ex Oratoria  
flosculi (discursui hos reservo). attamen, ſi defi-  
niās probē res ipsas, ac cauſarū, adjuncṭorū, fru-  
ctuumq; &c. natiōne delinees, inſpergens ſimul, ubi fi-  
eri id haud incommode potest, monilia, ex hibuiſti-  
te tum demum laudabilem in ſuggeſtu Exegetam.  
Atq; ve hunc in finem ſuccurrit Grammaticæ con-  
festim Logica Analysis, jubetq; ve recordari, in  
partes diuīſum eſſe textum, qvārum cuilibet ſuum  
ſit tribuendum. Inde illa, nominata modò, veræ  
exegeſeos homileticæ, adminicula ſcopo textus &  
occasiōni, circumſtantiaſ porrò & argumentis, ho-  
rumq; ſubiectis ac prædicatis &c. adplicate oꝝ usq; ve  
donec

donec sensum patere posse Auditorio constet.  
Qvæ qvidem res omnis clarissim in praxi & exemplis, qvam Theoria & Regulis monstrari potest:  
h.l. prægustum qvendam suppeditare visum fuit.  
Duo non omittenda sunt ; primum est, esse explicationis hujus, qvæ alterum tractationis Membrum est, partem non infimam, **Textus vindicationem & concilationem**, circa qvam svadere nolim prolixas contra adversarios disputationes, aut sententiarum etiam diversarum relationes; hærent sèpè magis, qvæ nesciri, qvam qvæ sciri debebant; ne allegem attentionis & patientiæ in Auditoribus imminutionem ( vid. B. Carpzov. Hod. M. 2. Aph. 5. Ubi etiam *confilium de celandâ arte, veraqve paraphraseos legitime,* qvæ non nuda vocum metaphrasis est, explicatio invenietur. Vid. item B. Hülsemann. qvi Orat. c. 9. §. 6. modum deducendi thema per argumenta textui insita non minus qvam aliundè assumpta : item §. 7. amplificandi rationes allegoricas §. 9. Anagogicas §. 10. ex locis personarum & rerum &c. satis clare evolvit, è qvô proin plura depromi possunt). Secundum est, **textus explicationem** non obtinere tantum in Methodo Analyticâ, sed etiam in Syntheticâ. Qvantum enim in illâ plus ejdem dandum; qvoniā tamen in hâc locus communis aliquis aut textus consectorium propositum fuit, ideo ipsa explicatione ostendere deductionis fundamentum debet, ne quid, præter ansam à textu suppeditatam, dixisse videamur (damit es nicht heist/wir haben den

B 3

Text

Text zu Hause vergessen). Imò eò accuratius ipse textus est distribuendus, qvò distinctius monstraturi sumus, id, qvod pròpositum est, omnino inde fluere (vid. iterum B. Carpz. c. l. in specie §. 7.)

§. 19.

Adplicatio ad L. C. doctrinas, adhortationes, consolationes &c. (vid. §. anteced. §.) è textu effert, non in eum infert; & duo imprimis, *bonam* videlicet *consequentiā*, & *prudentem selectum* requirit. a) *Quoad illam*, benè distinguenda sunt Consectaria heterogenea, i.e. ea, qvæ è qvilibet textū particulā fluunt, ab homogeneis, qvæ ipsi textui adæqvatè respondent s. subjiciantur toti textui s. membro cuilibet partitionis, post explicationis sibi debitam consummatam partem. Illa (heterogēna) rectius insperguntur explicationi, tanquam moralia (de qvibus §. anteced.) Hæc (homogenea) primum argumentum petunt è textu, dein aliunde assumpta argumenta postulant: atq; ob hæc consultius ferè credo partiales seu partibus; qvam totales seu absolutæ totius textus explicationi subnexos adhiberi usus, qvod hi si prolixius deducantur videantut tandem recedere à textu, si brevius, nimirum censematur datum exegesi: Cui utrique, quasi seu defectui s. excessui, mederi illi partiales, velut temperatura qvædam, possunt. (b) *Quoad hunc* (selectum) eadem observanda, qvæ in electione ipsius textus; hinc de *Chrysostomi homiliis* B. Carpzovius (Membr. 2. aph. 6. c. 3.) in iis, ait, *videre licet, quomodo vel planè ab abstractis &*  
sub-

*subtilibus questionibus abstineat, vel si quid hujusmodi dicendum, quam commodissime ad populi caput id faciat, sed solum in moralem sensum fermè ingerat. Scilicet, ullà si in re, sanè in hac concionis parte verum est, primam eloquentiae (sacræ) partem esse prudentiam (Cassius de eloq. Sacr. & Hum. Apol. Cicer. c. 22. p. 124.)*

§. 20.

Præter jam dicta, de Applicatione, adhuc observandum (1.) eam a Synthesi quoque postulari, modò ne educatur è textu aliquod ejusdem generis consectorium, quod id heterogeneum sit futurum (quæ observatio tamen spectat etiam Analyticam Methodum, ut in discursu pluribus sumi monitus); neve abeat quoque longius à Loco communi vel themate proposito. (2.) Eam comprehendere sub se non tantum è textu eductos Locos communes ac themata: verùm etiam horum ad Auditorium applicationem (§. 17.): que posterior illis tanquam fundamentis rectè subjicitur; imò ubi eductio illorum locum non habet (de quâ re hoc ipso §. dictum) ejus vicem ipsa jure meritoque subit, ut quod omnes spestat, etiam ad se pertinere, qui præsentes sunt, colligant. (Quæ sint in hac applicatione usus ad Auditorium attendenda; quomodo in Didascalicis provocandum ad Catechesin & Confessiones nostras &c. habet B. Carpz. Memb. 2. Aph. 6. §. 6.: & ejusd. Aph. §. 7. circa epanorthosin in primis singularem poscit prudentiam, quod probè notandum.)

B 4

§. 21.

§. 21.

Qvinta & ultima Orationis Sacrae Pars est **E-pilogus**, qvi si ritè recteque comparatus est (vid. B. Carpzov. Memb. II. Aph. 8.) hòc gratior habetur, qvò rarius, qvi benè ordiri, pariter tempestivè finire sciunt. Sunt ejus decora potissima, *brevitas & acumen*, atqve posterius quidem ideo laudatur, qvod nemo finiturus non desideret meritò, aculeos intimis auditorum pectoribus relinquare; Cavendum saltim, ne aut nimis affectata aut sàpiùs usitata intercedant.

§. 22.

Et hæc de Partibus monenda erant. Restat **Inventio**, ad qvam principaliter in his præceptis respiciendnm; estqve ipsa modus commodus & non inelegans absqve ullo penè negotio excogitandi & colligendi dispositiones unius textus varias, de qvàrum alias penuria ac difficultate, qverelæ non infrequentes inaudiuntur. Possunt egregia, qvæ huc spectant ex maximè Rev. Carpz. variationibus unius dicti (è Ps. 14.) ad centenarium usqve numerum continuatis, addisci. Sed enim nunc juvat juvare eos, qvorum non est modos istos variandi tam facile penetrare, atqve ideo jubeo ipsos refugere ad concordias, tantùm Germanicas, inqve iis eminentem præ cœteris in textu vocem evolvere, non deerit, qvò exordiatur qvisqve concionem, perqve qvod à naturali formà suppeditatam propositionem vestiat. Vocem illam sive etiam phrasin integrām Analysis Grammatica offeret

cā

et sèpè copiâ , ut tot propè dispositiones pateant , qvot voces , imò de unâ voce sèpè plures . Interdum vox talis in Concordantiis evolenda excerptitur rite è circumstantiis temporis , loci , personarum , item ex fontium inspectione , nec non collatione antecedentium consequentiumve : Atqve si paulo generalius dictum inquiras , qvò alteruter tuæ propositionis terminus contineatur , pari penè ratione reperire poteris Exordium Generale : me , qvod certò affirmare possum , hoc consilium inveniendiue medium nunquam deseruit . Provoco iterum ad Praxin , in qvâ cautelæ qvoqve patefient , qvæ advertendæ sunt , ne textus videatur accommodatus esse Exordio , cum Exordium accommodari textui debeat .

§. 23.

Sic absoluta forent ad unicum ornatum usqve ea , sine qvibus Exercitium Concionatorium suscipi neqvit , si non omnimodis certe non incommodè . In ornatu autem præsuppono figurarum Rethoricarum notitiam , aptitudinem item excogitandi promptè similia ac comparata &c . De Rebus ipsis vel tribus ajo , si dicta qvædam , ut vocantur Patristica , si item Historias in textu sacro non consignatas , si Gnomas etiam Ethniconrum usurpare libeat , debere hoc qvidqvad est propositi , ita institui , ut nisi priora duo proprius accedant ad scripturam , ternarium in Concione ne excedant ; posteriora rarius adhibenda & non nisi ad incutiendum Christianis pudorem . Ce-

B 5

terta

teria de Auctořibus (qvos inter tamen' qvoad similia præ omnibus maximè commendari solet B. Gejerus) de amplificatione rerum &c. lubentius ediditeram, qvām nunc scribere placet; verb. expōnam audientibus qvæ vēlim.

S. 24.

Anteqvam finiam, Sciographiam exempli promissam nunc subnecto, & qvandoqvidem, dum has scribo meditationes, meæ dirigendæ sunt ad Evangelium Dom. VIII. post Fest. Trin. illud exempli vicem subbeat: leg. tur textus Matth. VII. à v. 15. usq; ad 13. incl. eiq; Parallelum est Luc. c. VI. à v. 23. usq; ad 46. ipsa verba exscribere non opus; præfiperetur charta reliqvis. Prima nunc cura erit circa notitiam textus naturalem occupata, qvæ impetrari satis clarè ut hoc loco queat, obiectum cum suo tractandi modo erit conjungendum (juxta §. 10.) à qyo tractandi modo ad Genius ac proinde speciem facilis patebit aditus. Sunt objectum Pseudo-prophetæ, qui veniunt ad vos in vestitu ovium &c. qui si eodem modo considerarentur ut forte 2. Cor. II, 13. extra contextum spectato Didascaliam nobis indicarent; si, ut apud Jerem. c. 23, 9. Epanorthosin; sed qvoniā h. l. ab iis cavere sibi suos Christus jubet, ideo insinuat hic tractandi modus Genius Pseudoviticum, ejusqve speciem adhortationem (per §. 4. & 6.) Argumenta, qvæ probant, partim à cavendi possibilitate, partim à sententiâ judiciaria, Christo ignotos eos pronunciaturā in die illō, unde cavendi necessitas claret, videntur de-

prom-

prompta; quamobrem thema quidem, etiam  
vel sola adhortatio argumenti loco foret (per §.  
8.) compositum erit, prodibitque haec enuncia-  
tio: Pseudoprophetæ ab Ecclesiâ omni studio  
cavendi sunt. Ratio; (1.) quia Christus, ut cave-  
amus, hortatur; (2.) quia idem prescribit certa-  
gnorismata, unde cavendi studium facilitatur;  
(3.) quia ignotos sibi Christus pronunciabit in die  
illa; unde ad istud studium quisque impellitur.

§. 25.

Porro; si evolvamus enunciationis subjectum  
& Prædicatum, explicantia (quippe quæ in resolu-  
tione compositi quoque Thematis inveniun-  
tur, hinc de themate simplici habet axioma §. 8.  
In quoque textu sunt saltim explicantia &c.)  
se aperient. Ubi (1.) qui cavendi suntque ii Pseu-  
doprophetæ quorum tres classes annotat tertii-  
amque huc spectare docet Harmon. quat. Evan-  
gelist. à B. Gerhard. absolute (in h. l.) (2.) à qui-  
bus cavendi suntque Sancti DEI in Ecclesiâ DEI  
(nam ad universam pertinere Christi Ecclesiam,  
quicquid hoc loco jubet Christus, ostendit Har-  
monia, modo allegata): (3.) quomodo cavendi  
estque modus è verbô: ~~προεχει~~, cum ipsis præ-  
dicatis falsorum Prophetarum collato evolven-  
dus; cavere videlicet abiisdem nobis possumus  
(a) non agnoscendo eos, quando sub assumpto  
boni Prophetæ nomine se ingerere conantur (B)  
non admittendo, quando divinitus injunctum sibi  
adventum jactitant; (y) non credendo, quando  
sub

sub ovinâ simplicitate rapacitatem lupinam contegunt. &c.

S. 26.

Pari modo procedere licet immo decet in propositionibus & illustrationibus argumentorum. Videamus en. (a) possibilitatem cavendi; obseruatâ circa eam præoccupatione: *Objici posse, unde cognosci queant, si tam, callide sciant, quid in recessu sit, velare, responsoque de certo gnorismate,* qvod suppeditâsset Christus, subnexo, videndum erit (1.) qvod illud gnorisma sit? venitque nomine fructum, tum doctrinam (confer Lucæ verba de bono thesauro ex bono corde & malo ex malo corde &c.) tum vitam (sic enim bona opera Apostolus vocat fructus Spiritus Gal. V, 22. Eph. V, 9.) significantium. (2.) cur istud gnorisma sufficiens credi possit? id deducitur per simile continuatum de arboribus & plantis &c. ex qvô simili hæc velut Regula: Non cognoscitur arbor ex flore aut externâ qualitate, sed ex fructu, adeoque efficaciâ internâ, à qua fructus prodeunt (3.) qvomodo istud gnorisma verè applicandum? Respondeturq; rectè, fundamentum jam jactum esse in Regulâ, inde respiciendum ulterius, partim ad circumstantias operum, imprimis adqvæstionem; cui bono? partim etiam ad connexionem operum, qvâ fructus qs. trudit fructum &c. qvorsum simile de arboribus citreis, qvæ eodem tempore maturos & semimaturos fructus unâ cum floribus exhibere scribuntur. &c. confer commentat. passim.

S. 27.

§. 27.

Sed Videamus (b) qvoqve necessitatem ca-  
vendi: qværítuf(1.)qvis eam insinuet? Resp. Christus  
judex in illâ dië (2.) qvales illos describat? Resp. nō  
facientes voluntatem Patris sui, qvi est in cœlis; inte-  
rim jactitantes multa bona opera &c. (3.) qvâ u-  
surus sit in sententiæ pronunciatione formula:  
(1.) Non novi: (2.) recedite abs me; (3.) vos opera-  
rarii iniquitatis, qvid clarius hisce?

§. 28.

Restant illustrantia, qvæ, qvâ textum sp̄eçtant,  
facilè eruuntur: ut sunt similia, ab arbore, ejusqve  
fructu &c. sermocinationes hypocriticæ Pseudo-  
proph. & judiciariæ Christi; prospiciendi pru-  
dentia & operatio iniquitatis &c. qvæ ad amplifi-  
cationem pertinent judicio Oratoris Ecclesiastici  
relinquuntur.

§. 29.

His verò omnibus ita resolutis præmitti debu-  
isse Analysis Grammaticam non ignoro; præ-  
suppono tamen eam in Backii aliorumqve Ana-  
lysis Evangeliorum, ut Commentatores ne al-  
legem, qvos prius legendos esse, & conferendas  
in vocum scrutinio Concordantias, non potest  
qvenquam Dnn. Auditorum, s. ex præceptis s. ex  
discursibus monitum hoc observaverit, latere. Ita  
naturalis textus hujus notitia in Sciographiâ qvâ-  
dam inquisita fuit.

§. 30.

Ad artem ut transeam, naturalissimam pri-  
mum pono Propositionem, qvæ ita habet: Ad-  
hortatio

hortatio Christi ad cavendum Pseudoprophetas :  
Partitio naturalis (1.) adhortationis Objectum :  
Das ist/ die Falschen Propheten/ dat wieder Er  
vermahnet (2.) adhortationis argumenta das ist/  
die Gründe darmit oder wodurch Er wieder Sie  
vermahnet. (per §. 15.)

§. 31.

Atque hæc Propositio est regula omnium reliquarum : quomodo tamen ulterius sit in arte applicanda Partitio, monstrabo in discursibus : Interm aliqva patebunt è doctrinâ de eadem (§. 15. modò allegato) saltim in Syntheseos gratiam Consecutaria è textu adhuc brevibus eruenda.

§. 32.

Didascalica sunt e.g. (1.) sine dissidiis & infestatiobibus &c. non potest esse Ecclesia : idè enim adhortatur Christus, ut caveant pii sibi ab iis, qui Ecclesiæ insidias struunt &c. (2.) Convenit quoque Auditoribus Judicium de Doctoribus , exemplo etiam Thesalonicensium Act. 17. 3. ) Bona opera sunt ad testimonium sinceritatis in fide propter proximum necessaria &c.

§. 33.

Elenchitica sunt e.g. (1.) Pontificiorum error de Ecclesiæ notâ , quam externam faciunt felicitatem (2.) de fide implicitâ ; credo quod Ecclesia credit &c. Pædevtica sunt e.g. applicatio immediata ipsius textus ; (2.) ad probandum omnia & tenendum, quod bonum est, ad fugiendam hypocrisim &c. Consolatoria sunt e.g. eorum , qui hinc contemptui habentur , quod àqve non pos-

possint superbire fructibus, ac hypocritæ &c. DE-  
US illos agnoscat in illō diē cum rejecturus sit hy-  
pocritas &c.

§. 34.

Sed pro Sciagraphiâ hæc sufficient. Ad declara-  
tionem dispositionum commodius suscipiendam  
clausulæ loco adpono eam, qvam nuper publi-  
cè exponens hoc Evangelium ipse adhibui.

§. 35.

Respxi ego ad hypocrisim generatim & ide-  
am ejus qvæsivi in Pseudoprophetarum à Chri-  
sto datâ delineatione.

§. 36.

Prooemium suggestit Esaias c. 59. 9. vom  
Schein und Dunkel; Cujus miseriæ causa erat,  
qvod Jerusalem in suis tenebris exteriorem, sal-  
tim sectaretur splendorem qvi uti ab ejus in-  
colis, ita à piis omnibus maximè fugiendus.  
Exordium è 2. Tim. 3. 5. hauriebatur de hominibus  
qvi speciem pietatis jactitant, sed vim ejus abne-  
gant; qvorum Ideam poteramus ductu Evange-  
lii præsentis sistere. Hinc Propositio : Der  
Schein des Gottseeligen Wesens/ ohne Kraft.

### Stellt uns zu betrachten

1. von aussen schöne Christen/inwendig Gottlose  
Herzen.
2. Von ansehen liebliche Blüthen/ in der That  
schlechte Früchte
3. Dem Gehör nach grosse Andacht/ an sich selbst  
ein Gott unbekandtes Geschrey

Pri.

Prima pars exhibet hypocriseos qualitatem ; se-  
cunda sinceritatis Christianæ ab eâdem discri-  
men , tertia sententiam in hypocriseos culto-  
res dictam : eò omnia fine , ut inde discamus  
cavere nobis à Pseudoprophetis , cavere item  
ab hypocritis . Faxit Ter optimus , ut cave-  
at quisque sibi ab iisdem optimè . Hic etiam  
benignus DEUS labori nostro benedicat , ut  
Pater celebretur in Filio per Spiritum S.  
**Amen.**

## FINIS.







F. Reppien.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn730147649/phys\\_0039](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730147649/phys_0039)

DFG



the scale towards document




Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. \_\_\_\_\_

§. 27.  
Sed Videamus (b) qvæ  
vendi: qværitur (1.) qvis eam  
judex in illâ dië (2.) qvales illi  
facientes voluntatem Patris  
rim jactitantes multa bona  
furus sit in sententiæ pron  
(1.) Non novi: (2.) recedite  
rarii iniquitatis, qvid clarius

§. 28.

Restant illustrantia, qvæ,  
facile eruuntur: ut sunt simi  
fructu &c. sermocinationes  
proph. & judiciariæ Christ  
dentia & operatio iniquitati  
cationem pertinent judicio  
relinqvuntur.

§. 29.

His verò omnibus ita rel  
isse Analysis Grammatican  
suppono tamen eam in Bac  
lysis Evangeliorum, ut Co  
legem, qvos prius legendos  
in vocum scrutinio Conco  
qvenqvam Dnn. Auditorum  
discursibus monitum hoc ob  
naturalis textus hujus notitia  
dam inquisita fuit.

§. 30.

Ad artem ut transeam ,  
num pono Propositionem ,

em ca-  
Christus  
esp. nō  
lis; inte-  
qvā u-  
nula :  
opera-

ectant,  
jusqve  
feudo-  
li pru-  
mplifi-  
siastic

debū-  
præ-  
Ana-  
ne al-  
endas  
potest  
s f. ex  
. Ita  
qvā-

n pri-  
Ad-  
rtatio